

Quaesitum eo tempore de iure succedendi in *regnum BOHEMIAE*, sed temperavit sibi ab hac lite noster (\*): quamvis pacta gentilitia aliud suadere viderentur. Henrico Luzeburgenfi mortuo, super *imperii diademate* cum Ludouico Bauaro iure contendit. Quae *pacta* caesus captusque fecerit; in eo scriptores sibi non constant. Anno 1330. *improvis* mortuus, fratri locum succedendi fecit in Austria.

*Laudata Austriacae gentis olim consuetudo, qua non solum primogenito, ceteris exclusis, ius succedendi fuit: sed in hoc solo dignitas mansit ducalis auita, reliquis fratribus inter comitum honores titulosque subsistentibus (a). Instabilis eo tempore erat*

in

(\*) Clarioris doctrinae causa addo tabulas genealogicas:

Ottocarus m. 1278.		
Wenceslaus m. 1305.	Vx. Iuta Rudolphi imp. filia.	
Wenceslaus VII. occis. 1306.	Anna uxor Henrici Carinth. Duc. qui regnum inuasit: sed reliquit, 1) quod Austriaci postularent; 2) dissidia inter duos generos; 3) ordines mallerent electionem.	Elisabetha uxor Ioannis Luxemb. C. qui procerum de- creto Rex electus 1311.    Carolus IV. Imp.

Austriaci urserunt pacta Ottocari & Rudolphi imperatoris, ut mascula stirpe extincta, succederent Austriaco Habsburgici. In his primogenitus erat Rudolfus, qui etiam Bohemos coegit, ut eum agnoscerent regem: sed, eo mortuo 1307. voluit secundogenitus Fridericus pulcher litem prosequi. Ut adeo, Austriaeorum indulgentia, obueniret Bohemia Luzenburgericis.

Austriaci Rudolfus imp.		
Albertus.		Rudolfus.
Rudolfus R. Bohem. † 1307.	Fridericus pulcher, qui noluit contro- vertere de regno Boemiae. Quod ideo obtinuere Luzen- burgici.	Iohannes.

(a) Imo ne in hoc quidem gradu fuisse constituti, cum non solum constet, postgenitos lungherrorum tantum nomine adpellatos esse; sed etiam, comitatu forte fortuna acquisito, ipsos demum comitis dignitatem